



Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

67. Vinum sacris idoneum, repertum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

5. Pen
- cie
- ments
- rcepit,
- omitem
- tane
Taoij
cebar,
- arbitro
- in sol
am ac
- et Do
- in Re
- locabit
- etoris
- eo mo
- reba
- dicatu
- & clara
- dum ab
- turus,
- quam
- ns an
- oleant
- orvata
- oant in
- ut dol
- virgin
- negri
- dixit
- est Pe
- eropt,
- orde
- factore
- um so
- ad cas
- ia, vel
- vni
- uitum
- baum
- is qui
- idem
- cum
- flosst;

pretiosior ; ipse in aperta leētia visebatur , & pompam claudebat re-
liqua eius familia. Quācumque urbium erat iter , & fuere v̄bes no-
uemdecim , prodire obuiam Magistratus omnes , suo quisque solenni
habitu , & insignibus honorum ; discipuli si quos illuc haberet , oc-
currete ; verum vbi olim cum imperio praeuisset , inde ciues effundi-
feruerent obuiantium concursus , complanari vias , ramis ac floribus in-
sterni , distinguui , vaporarique grandibus , & liberalibus aceris , eos
demum honores ei exhiberi ; qui Principum nemini eduntur extra Si-
nas . Honanam Prouinciam intranti , aulam suam omnem , & officij
Ministrorum , misit Præfectus prima illius regionis , velut eius manda-
tis atque arbitrio suam omnem permittens potestatem . At enim ut
suam illo mensis vnius itinere Scensianam demum Prouinciam atti-
git , non fuit effusio præcedentium gratulationum cum iis conferen-
da quibus illuc suorum erga illum amor , & sumptuosa magnificenter
prodigia largitas suas partes egerunt . Sciancei tribunal statuit , vnde
vibes ceteras regeret , palati partem seorsim Alenio tribuit qua nihil
destitutus pulchrius , & ad omnes habitationis delicias elaboratus , nihil
tamen admodum sup̄ruecaneum , quod Magistratum supremorum semel
familias adscriptos , nefas sit efferre palatio pedem , nedum ad negotia exi-
re , aut fortis animum laxare . At enim in illo murorum angusto amplissi-
mum nactus est fructuosi laboris materiam , nō modo in ea tot hominum
& conditionum , Doctoris familia excolenda , sed in corroboranda tanti
viti inflammandaque pietate , qui certe monitis illius institutionis haud
parce respondebat . Mane siquidem tribunal consensurus , sacellum adi-
bat quod superbo diues apparatu , domi statuerat , vbi humi s̄apius abie-
ctus post exfolutas Deo adorationes , eius opem enixè flagitabat : quod
supererat dici , post clausum litibus tribunal , in codem facello transi-
gebat , eo virtutis incremento , & voluptate animi de diuinis cum
Alenio colloquens , vt ægrè sibi imperarit dies non amplius quindecim
eius consuetudine carere . Causam absentiae induxit , exploratio
vulgaris famæ quæ illinc itinere dierum septem , vuam nasci aiebat ,
^{67.} Vinum sacris
vino fœtam durabili , & probo , quod locis alibi plurimis Patres fru-
stra tentarunt inuenire , ne , vt s̄apè siebat , eius inopia cogerentur
siccio abstinenre , cùm mustum illis vbiique Sinatum genuinis licet ex-
pressum vuis acciseret , nec posset ab iis arte vlla aptum sacrificio af-
ficiari . Nec sefelli Alenij diligentiam vulgi rumor , & missi à Pe-
tro Doctore vindemiam inde vberem retulerunt , quamque legitimam , &
vini ad omnem anni tempestatem perbellè constantis . Ceterū exhibat
Alesio quintus mensis in commemoratione illa Scianceensi , cùm adeat
Petro ab Rege nuntius , redditque diploma gloriosum quo conferebatur
illi sublimior dignitas in Prouincia Fochensi , toto Sinarum ab-
iuncta diametro , atque hic demum evicit Alenius , vt in Prouinciam
migraret Sciansensem vbi pridem è nostris expetebatur aliquis ab Han-
Stephano , probitatis eximiae Literato , & gestorum pro Christo com-

H h 3

mendatione nostris vnicē dilectō. Chiancum patrām, ab iis optabat, suamque priuatum familiā pleniū eruditī, quam ad desiderium factiōnis iam ipse incenderat; singulariter vero parentēs decrepitā, idolis eateñus pertinacissimē inhārentem. Protecturū Petrus ab teruis quatuor deduci voluit, & publicis suis munijt literis quæ tutum illū ab aduersatiis omnibus p̄starent, eique hospitīa in palatiū Regiis metarentur; quo iure maiores Mandarini familiāres suos do- nant, & fuit usq; plusquam necessariō hāc libertalitas ad iter prae- pitiis, niubus & periculis pauendū. Chianci, tanquam futuri con- sciūs, manū sine morā operi admovit; memor se vrbī, quod con- testatus fuerat Petrus, commodatū: mense itaque vix vno, non plures octodecim Christi balneō expiauit, sed maximē illustres, Liter- tum p̄sertim, magnis honorib; & p̄rogatiua ingenij ab Rige affectū. Instituendis alijs, angustias temporis dūm acī labore redi- mit, à Petro repertū, cumque commodato se illicet non dono concē- sus, Giancum in patriam comitatur, nono postquam ex ea discele- rānt mense.

Misit quoque hoc anno 1610. & sequenti, sedes Hanceenlis ali- complures, & vbique ab iis aut stabiliti sunt Christianorum noui cas- tus, aut veteres aucti. Duo sunt oppida Hanceo Metropoli biduo dis̄ita, Zunte, & Tecinum, quibus Patres, qua causa hanc scio, ab S. Agatha, & S. Ursula nomen indidere; utrobique diues serici- cōpia, sed ingeniōrum multo excellentiō & maiori, quā cōeli bonitas dicitur effūcere. Duas in iis nostri Christianorum fundarunt sedes, easque magnam partem impugnatiōni aduersantium acceptas tulete. Vi- primum cōperant de noua lege publicē dicere, de suffixo in crucem vera Deo, & alis conuulentibus patrōs, & antiquos ritus; varijs varia utramque in partem, suo quisque pro sensu garrientibus, ex condicō Siuzaij quatuor, frequentissima concione interpellare dicentem fit- tuunt, conutiis onerate, de honestate probris tanquam seductorem po- puli simplicis; citare ad tribunal accusaturi sigillatim eius mendaciam, & fraudes; sed praeuerit eorum criminatiōes eloquentia cognita veritatis, & interioris conscientiæ flagello adacti, fatentur primum stupenti populo, se mente peruersa inuicem condixisse ad audiendum, & dedecorandum Patrem; inde illo auditō nihil in eius verbis depe- hendisse quod reprehenderent, multa quā iure in seip̄is damnarent ad hāc legem quam prædicaret sanctam esse, doctrinam quam tradere sanctam; suo itaque ipsorum quadruplici testimonio securi omnes fu- rent, cō prorsus fidei certioris, quō Patris rationib; intimē perspectiā, ad publicam eius commendationem traduebantur vel inuiti, ab opinio- ne quam conceperant de illo pessima, & probrofissima; tantum ergo abesse vt caueri deberent Patres velut circulatorēs fraudulentēs, qui cō- potius audiendos, tanquam Veri Magistros, & regionis illius clarissi- malumina] ira quatuor illi ex ordine Literatorum testes; quorum tam

subita,

sabita, & inexpectata confessio, impulsos Patris sermonibus ad Christianum animos integrè expugnauit. Nec fuere minoris ad incrementa, & gloriam diuinæ legis, crebræ cum Bonziis, & Literatis omnium ordinum concertationes, in oppidorum altero commissæ, vbi sub dio campus multitudini theatrum præbebat & scholam, quod nullo alibi auditorio capi posset. Illic mirum iuxta, & delectabile, cum patrocinaret spectator, etiam ethnicus doctrinæ Christi contra ignorantiam Bonziorum, & Literatorum superbam proteruiam, qui tractis Bonziis subtilio aderant & obstinabant utrique animum pugnando non veri studio, sed hi laude ingenij quam pudebat illos externo cedere; illi ventris ingenio, dolente sibi sportularum & stipis largitores decedere; neutri atercando, & recalcitrando dissimilare amissam victoriæ poterant, eratque vniuersis patens, eos animi prauitate, non rationibus instinctos, Christo aduersari. Multi demum vitroque in oppido, solenni baptismo expiati; constituti duo Christianorum cœtus; & tam feliciter diuinis imbuti, vt eorum non nulli ut pluimū ruades, & pauperes prodigia ederent, esetque nihil iis operosius ex occupatis corporibus, & locis dæmones pellere, quām signum crucis in eos formare, aut aquæ lustralis guttas aliquot spargere, quo beneficio dum liberarentur à dæmoste corpora ethnicorum, asserebantur etiam animæ ab eius tyrannide in libertatem filiorum Dei, compertissimum crucis, imaginum, aliorumvè sacrorum efficacitate qua ipsi quoque ethnicæ, & idolatra fiebant dæmonis vñctores, Bonziis interim, execrationum cantamenta, frustra in illum torquentibus. Chiatini præterea nostri sedem fixere; beneficentia Literati, cuius ea era patria, & nomen Ignatius. Illic ethnicorum conuerzionibus initium dedit Catranus; Sciamhaium postea curandam suscepit, urbem Pauli Doctoris natalem, vbi semel duos & septuaginta, Christi fonte purgauit. Reliqui dissitis passim locis prouidentiæ diuinæ fiducia, instabant operi, & excursionibus in longinquæ, quod committente se publico & primariis vrbibus veterantur, vtilitatem suorum laborum latè sed tacite spargebant, quorum eventus singulares & progressus legerè vtcumque dignum sit, verum & rerum similitudine, & prolixitate forsitan molestum. Instar omnium esto Martini factum illius in arte bellica Doctoris non semel haec tenus laudati & in summos quidem armorum honores à Rege prouecti, sed militis habitu gloriösius Apostolum agentis, patremque plurimorum quos Christo generat. Is dum Mandarino, urbanitatis officio, occurrit aduentanti, cum eo qui solet comitatus numero & fastu, conspicatur hominem planè nudum, sed partim pudore nuditatis, partim acutissimo frigore, se se in glonum colligentem, de via deflectens querit ex eo quis? & unde sic nudus & abiectus? respondet miser de conditione familie minimè obscura; sed à latronibus (quibus vndique regnum scatet) præter vitam nihil sibi relictum, fame fortassis, & frigore; cruciatu maiori peritum

peritutam , prohiberi enim se verecundia honestatis , ne per oculi
commeantium in urbem rediret indecorè , nec tamen quicquam ex
Martino petit opinor quod Sinis misericordiam , peregrinam esse vi-
tutem sciter , planèque ignorantem , nisi si forent Christiani. At hoc
Martinus sic assueverat , ut quocumque iter , stipe cuius egredi,
vitro , nec rogatus offerret cum incredibili ethnicorum admiratione , &
Christianismi laude qui tantum virum ad eam formasset tam benignum ,
& amabilem disciplinam . Memòr ergo sancti cuius nomen gerebat , &
vitam à Patribus legendam accepérat , mediā sibi detrahit tunica
serico pulvinatam , quod superior ob tenuitatem ascendo frigori illi
inceptor , caque iacentem contegit , qui suo in urbem regressu , ciuitati
oculis ed illustris præconiu edidit tam inusitatæ pietatis , quod idola
cùm esset videri potuerat eius beneficio indignus . Subeamus nunc in
annum ævi huius viceustum alterum , Christianis Nanchini ; Mac-
Lusitanis gloriosum ; illis ob triumphatos inuicto patientiæ robe
hostium cruciatus ; istis ob domitam virtute militati , hereticorum
Batauorum ferociam .

68.
Nanchin-
Christ. Fer-
uor.

Ac Nanchini quidem tenues , & obscuri ; sed magno numero Chri-
stiani , & constantissimæ ardentissimæque sanctitatis , post ecclesias
tyranno Scin Patres , & eorum amicos diris afflictos supplicis , odo-
re in cœtus sodalitarum diuiserunt , in quos statim diebus lege immobili
conuenirent , acti de diuinis , inflammaturi animum nouis coelum
ignibus , & charitatis exquisitissimæ inter se officia partituri , nemine
vincitorum , inopum , ægrotorum , calamitosorum , ne mortuorum quan-
dem prætermissò , in quem huius amoris prouidentissimi curas noui-
terent ; sed multò diligentius in pueros infantes quos matrum egela-
te nimiùm facili , vel crudeli alendi rædio abieceros , tollebant ex publi-
co semiuitios , ferebantque dōnum regenerandos sacro baptisme . Ne-
erat in hoc virtutum agone feminatum viatoria quam virorum mī-
nora . Et fuit quæ vincendi sui & Christi amore , purulentam ægrotam , mi-
nistério suo curandam susciperet , quam ipsius propinquæ fœtoris in-
tolerabilis impatientia barbara , exposuerant in ripa fluminis , fame ut
frigore , aut tabo necandam . Fuit quæ gemmas , & mundum multo
vibrem venderet , ut confecta ex iis pecunia , Christianorum leuaret egella-
tem . Fuere quæ assidue se penitus pro Christo consicerent . Lustrabat
futim hæc sodalitia veteris ex Patribus ne quæ Scini exploratoribus
subolereret , cùmque nullæ Christianorum iam aedes multitudinem capi-
perent ad diuinum sacrificium confluentem , emptione proflus sepe
fidem mirabili , conciliatae sunt aliae multitudini tantæ pares , emi-
runt illas egentissimi quique fidelium communi sua , & sudata con-
tributione , sed clam & inconsulto Patre ne prohiberentur ab eo ex-
iguum illud quo se ac familiolas fraudabant suas in eam emptionem
conferre . Aliam nobis emit domunculam Lucius miles Christianus
longè ab urbis frequentia latenter , ut Patrem occultaret , qui anno
integro